

1565 settembre 24, Verola Alghise.

Visita pastorale del vescovo Domenico Bollani. Verbale e decreti.

Brescia - Archivio Vescovile: Visite Pastorali 1, cc. 175r-179r, 179v-181r.

Ediz.: GUERRINI, 1936, pp. 60-67.

(*revis.*: T. Casanova, 01.2009)

[c. 175r] {Verola algisij}^m

[m1]¹ Eadem die 24 7bris *prefatus Reueredissimus Dominus episcopus cum suprascripto Reuerendo domino Hieronymo caballo canonico peruenit ad Terram Verolę algis causa uisitandi ecclesiam parochialem et antequam ad eam se aplicuisset sibi uenit obuiam dominus presbiter Pasqualis curatus dicte ecclesie parochialis sancti laurentij cum cruce, baldachino et canonicis ac capellanis dicte ecclesie et dicto per dictum dominum curato² “iste confessor” Reuerendissimus dominus intrauit sub dicto baldachino, et psalmizantibus dictis presbiteris, accessit ad dictam parochialem sancti laurentij. et ante Ianuam genuflexus sanctam crucem sibi oblatam a dicto domino curato deosculauit, et aqua sancta populum benedixit, et deinde ad altare maius ascendit, ubi dicta oratione per dictum dominum curatum et facta oratione per ipsum Reuerendissimum dominum episcopum iterum populum benedixit et Immediate officium pro defunctis per ecclesiam et cimiterium peregit et reuersus ad ecclesiam ssanctissimum eucharistie sacramentum reuerenter uisitauit, uidetque sanctum crisma cęteraque sacramenta, calices, paramenta altaria et vltimo baptisterium et ecclesiam, iussitque et fieri mandauit ut Infra et quia hora erat Tarda se contulit ad hospitium.*

{ordinata}^m

[m2] ordinata in dicta Plebe Virolę algisij.

Fiat tabernaculum paruum cum cuppa argentea pro deferendo Sanctissimum Sacramentum ad infirmos, et conseruando, et non teneatur amplius in calice. {f.}³

Repositorium ornetur intus et exterius.⁴

Vascula noua stannea / cum capsula pro conseruandis Sacramentis. {f.}

Vasculum separatum pro oleo infirmorum cum sua bursa. {f.} || [c. 175v]

Prouideatur de loco in sacrario pro conseruandis Sacramentis, et non teneatur amplius in repositoio Sanctissimi Sacramenti. {f.}

Thurribulum nouum et honorabile cum naucella. {f.}

Amoueantur de sacrario planetę dilacerataę. {f.}

Capsula noua honorabilis pro conseruandis uasculis sacramentorum non usualium. {f.}

Armario in sacrario pro paramentis {f.}

Labellum cum situlo et manutergio in sacrario. {f.}

Inauretur calix paruus cum patena.

Purificatoria 58.⁵

Pluuiale rubeum honorabile, et Planeta cum tunicella, et dalmatica eiusdem coloris. {f.}

Graduale nouum, et uetus religetur. {f.}

Perficiatur⁶ chorus cum sedilibus. {f.}

Ceroferaria aptentur. {f.}

¹ Il manoscritto è redatto alternativamente da due mani differenti, indicate nella trascrizione con “m1” e “m2”.

² Scil. “curatum”.

³ Nel margine sono siglate con «factum.» le prescrizioni successivamente eseguite.

⁴ La «f.» nel margine è cancellata.

⁵ La «f.» nel margine è cancellata.

⁶ Nel margine: «ordinata».

Amoueatur quædam palla, in qua sunt depictæ imagines *Sanctorum* laurentij et Stephani, et iacet super sedilibus chori in faciem ecclesiæ, et decentius esset, ut illa pars parietis pingereetur *cum* eisdem imaginibus. {f.}

Patera, seu uasculum honorabile ad baptisterium. {f.}

Prouideatur de duobus clericis, *qui* inseruiant missis. {f.}

Ad altare *Nobilis comitis* Lucretij de Gambara.

Candelabra ex auricalcho. Crux. Paries pingatur, et palla dicti altaris melius aptetur. Tobaleæ. Bredela.

Ad altare conceptionis.

Candelabra ex auricalcho, et teneantur [!] ornatum in omnibus. || [c. 176r]

Ad altare *Sancti Iacobi*.

Crux. candelabra ex auricalcho. Bredela.

Ad altare societatis corporis xpisti.

Candelabra lignea pingantur.

Pingantur gradus lignei *super* dictum altare.

Ad altare *Sancti Antonij*.

Candelabra. Gradus *super* altare pingatur.

Resarciatur pallium.

Amoueatur altare *sancti Ioannis*, et aliud *quod* est ex opposito.

Ad altare *Sanctæ catharinæ*.

Candelabra ex auricalcho. Pingantur gradus.

Ad altare *Sancti Matthæi*.

Candelabra ex auricalcho.

Amoueatur altare sub pulpitu. {f.}

Altare *spiritus Sancti* pingatur, et fiat pallium.

Antes organi pingantur, *cum* sua capsula. {f.}

In ecclesia *extra* parochialem

Destruatur altare, *quod* est in faciem portæ, et intus et foris parietes reparentur. {f.}

In ecclesia *Sancti Rochi*.

Candelabra lignea pingantur; Tobaleæ duę. Bredela. Pallium, speræ ex tela {factum}ⁱ

Inauretu calix *cum* patena. bacineta. labellum in sacrario.⁷ {f.}

ornentur cætera altaria in omnibus. || [c. 176v]

{constitutus curati.}^m

[m1] *Dominus presbiter*⁸ Pasqualis de uenturinis Verole algisis nunc curatus donec de alio *prouideatur* Interrogatus suo Iuramento dicit, *quod* ecclesia *sancti Laurentij* *predicta* est *cum* cura non collegiata sed plebs⁹ et *habet* sex canonicatus seu *prebendas* et duos capellanos amouibiles *qui tamen* tenentur adiuuare In diuinis. et dicit *quod* est de Iure patronatus heredum

⁷ Seguono alcune parole cancellate, difficilmente decifrabili.

⁸ Segue «Beltramus», cancellato.

⁹ *Scil.*: “non plebs sed collegiata”.

*Magnifici*¹⁰ *Comitis*¹¹ de gambara ad quam plebem dicit quod est Institutus ut credit Illustrissimus et Reuerendissimus Cardinalis de gambara. et credit quod eius collatio spectat ad Reuerendissimum ordinarium brixie, et dicit Interrogatus quod bona¹² dicte plebis sunt locata ducatis mille ut credit, et dicit quod ecclesia est consecrata cum altari maiori et sancte Catharine tantum non alia altaria, et quod non sunt capellanie dotate neque clericatus Item dicit quod dicti canonicatus sunt valoris ducatorum quatraginta¹³ et collatio eorum spectat prefatis Magnificis comitibus, et dicit quod adest scola corporis domini nostri Iesu xpisti, cui hoc anno legatum fuit vnum dominium directum librarum mille planet pro capitali et librarum quinquaginta de liuello, et non recordatur de notario et dicit quod bene regitur et ipse est¹⁴ syndicus et Interuenit computis, adest etiam mons pietatis qui habet centum Tregintas¹⁵ salmas¹⁶ blade, que mutuo datur ad renouandum pauperibus et non requiritur quando gubernatores ipsius montis faciunt computa.

Interrogatus dicit *Infrascriptas* habere ecclesias sub eius cura uidelicet

Ecclesia campestris sub uocabulo *sancti* Georgij que nihil habet nisi Tabulas sexaginta terre uelcirca et regitur seu custoditur a quodam heremita,

Ecclesia campestris *sancti* Donini que nihil habet, que nouiter || [c. 177r] constructa est seu Transportata de una alia ecclesia ueteri et bene custoditur,

Ecclesia *sancti* Rocchi In Terra Verole¹⁷ cuius est rector dominus presbiter Bernardinus Sala qui habet plodia decem seu vndecim terre cum obligatione inibi cellebrandi Tres seu quatuor missas singula ebdemoda, et tamen dicit quod quotidie cellebrat que est de Iure patronatus familie de Salis, et comunis, et eius collatio spectat ad Reuerendissimum ordinarium brixie

Desiplina que nihil habet et bene regitur a dictis disiplinatis

Ecclesia Sancte Marię secus cimiterium ecclesie parrochialis que est consecrata, et ibidem cellebratur quotidie uigore legati perpetui facti per quondam dominum presbiterum Guerinum de lucijs canonicum In dicta ecclesia, non recordatur de Testamento

Ecclesia Sancte Anne In loco bragide sine cura In qua Tantum baptizatur et <ipse> curam animarum exercet, et tantum homines ill<i>us uici hic humanatur, et ipse sacerdos huc accedit ad faciendum Sanctum crisma. et dicit non adesse Inimi<ci>tia<m> Inter sacerdotes quam sciat Interrogatus dicit quod habet animas¹⁸ quatuor mille uelcirca In totum et comunions duo mille et dicit quod In quadragesima¹⁹ et paschate proximis preteritis ipse Tunc nunc exercebat curam animarum et propterea nescit²⁰ an sint In eius cura aliqui Inconfessi, tamen dicit quod²¹ adsunt *Infrascripti* concubinarij et scandalosi ser Laurus fuscus de claris qui tenet In concubinam quandam mulierem de Quinciano, ser Ioannes baptista Spalencia concubinarius diffamatus.

¹⁰ Corretto da «Magnifico».

¹¹ Segue «Brunorij», cancellato. Probabilmente la formula corretta, dopo la soppressione del nome, avrebbe dovuto essere: “heredum magnificorum dominorum Comintum”.

¹² Nel margine: «redditus ecclesie».

¹³ Segue «plb», cancellato.

¹⁴ Segue una sillaba cancellata (forse «mo»).

¹⁵ Scil.: “treginta”.

¹⁶ Segue «fru<menti>», cancellato.

¹⁷ Segue «que», cancellato.

¹⁸ Nel margine: «anime».

¹⁹ Segue «se», cancellato.

²⁰ Forse corretto da: «non scit».

²¹ Segue «ad», cancellato.

Interrogatus dicit *quod* neminem habet qui male sentiat de fide || [c. 177v] et nemo contraxit contra decretum concilii nec In gradu *prohibito*. dicit Insuper non habere usurarios publicos excepto hebreo et publicasse decretum concilij circa *mattimonia*, et *promisit* de cetero celebrare *missam sacramentalem* sponsis Item dicit *quod* adest scola Institutionis xpistiane In hac terra, non habere *beneficium*, sed est capellanus simplex Illustris et Reuerendissimi Cardinalis In *predicta* ecclesia *parochiali*. et habet *litteras* eius *ordinum* quas facta produxit cum *dispensa* *promouendi* *citra* *etatem*, et cum *litteris* *dimissorijs* et dicit *etiam* habere *casus* *reseruat* *constitutiones* *episcopales* *concilium* *Tridentinum*, et *libros* *necessarios* ad *exercendum* *curam* *animarum* *exercendum* [!] et multos *nominauit*, et recitat *officium* *uetus* et *<habet>* *librum* *baptizatorum* *compatrinorum* et *contrahentium* *mattimonia*, audit *<confessiones>* In ecclesia et de die ac quotidie celebra, et sepe *confitetur* *peccata*²² et *presertim* *quando* *necessarium* *sibi* *uidetur*²³ et In diuinis Induit *superpellicea* et *habet* *clericum* qui *similiter* Induit *cotta* et a nemine turbat^{ur} In cura, non fuit *examinatus*,²⁴ quia *alias* *reperitus* fuit idoneus ab *examinato* *ribus* *synodi*

[m2] Dominus Presbiter Bernardinus de salis Capellanus titulus in ecclesia sancti Rochi iurispatronatus familiae de salis, et communis Virolae interrogatus iuramento suo dicit, se non habere aliud *beneficium*, *quam* *dictam* *ecclesiam* *sine* *cura*. cuius dos est de plodijs X uel circa terrae cum onere celebrandi quotidie; et ostendit *litteras* *eius* *collationis*, et *ordinum*, excepta *prima* *clericali* *tonsura*, *examinatus*,²⁵ minus *competenter* *respondit* *emat* *Canisium* *uulgarem*. || [c. 178r]

Dominus Presbiter Bernardinus de Gibellinis de Virola ueteri Capellanus amouibilis ad altare illorum de firmis uigore legati relictus ut supra²⁶ cum *salario* *ducatorum* *undecim*, et cum onere celebrandi quotidie, ostendit *litteras* *omnium* *suorum* *ordinum*, et *licentiam* *celebrandi* *missam* *ubique* *locorum* *diocesis*. *examinatus*,²⁷ *reperitus* fuit *ignarus*: et ei *iniunctum*, ut *emat* *Canisium* *uulgare*

Dominus Presbiter Baptista de senighis Capellanus amouibilis nomine Illustris comitis Nicolai de Gambaris, cum *salario* *XV* *ducatorum*, cum onere celebrandi quotidie; ostendit *litteras* *omnium* *suorum* *ordinum* *sacrorum*, *reliquas* *dixit* *numquam* *extraxisse*; *examinatus*²⁸ *reperitus* idoneus pro *missa*

Dominus Presbiter Bartolomeus de Gregorinis Capellanus amouibilis ad altare societatis corporis Xpisti cum *salario* *ducatorum* *XIII*, et onere celebrandi quotidie, ostendit *litteras* *omnium* *suorum* *ordinum*, *examinatus*²⁹ *nihil* *aut* *parum* *scit*. *emat* *canisium*, et se praesentet || [c. 178v]

Dominus Ioannes Petrus de marinis Canonicus institutus in dicta ecclesia cum onere celebrandi quotidie, et interesse diuinis, ostendit *litteras* *omnium* *suorum* *ordinum*; *examinatus*,³⁰ bene *respondit*.

Dominus Presbiter Antonius pizzonus Canonicus in dicta ecclesia, ostendit *litteras* *omnium* *suorum* *ordinum*; *examinatus*,³¹ *eruditus*.

²² Segue «et», cancellato.

²³ Segue «et sibi quotidie celebra», cancellato.

²⁴ Nel margine: «examen».

²⁵ Nel margine: «examen».

²⁶ Cfr. c. 173v, nel verbale relativo alla parrocchia di Verolavecchia.

²⁷ Nel margine: «examen».

²⁸ Nel margine: «examen».

²⁹ Nel margine: «examen».

³⁰ Nel margine: «examen.».

Dominus Presbiter Stephanus de monacis capellanus amouibilis in dicta ecclesia nomine presbiteri Alexandri freschij³² cum salario ducatorum XX et cum onere celebrandi quotidie, et interesse diuinis; ostendit literas omnium suorum ordinum, examinatus,³³ minus bene³⁴, emat canisium et se presentet infra tres menses.

Dominus Presbiter Augustinus spalentius Canonicus titulatus in dicta ecclesia cum onere celebrandi quotidie, et interesse diuinis, ostendit fidem omnium suorum ordinum, examinatus³⁴ minus bene respondit; emat Canisium, et accedat brixiam.

Dominus Presbiter Dominicus de Blanchis capellanus ammouibilis ad altare beatæ mariæ in dicta ecclesia, uigore legati, relictus á quondam presbitero Guerino de lucijs librarum quadraginta sex cum onere celebrandi quotidie; ostendit literas presbyteratus tantum, reliquas dixit numquam extrassisse, et infra tres menses promisit presentare, examinatus,³⁵ minus competenter respondit || [c. 179r]

[m1] dicta die post prandium prefatus Reuerendissimus dominus episcopus iterum se Transtulit ad dictam ecclesiam parrochiale ubi facta oratione signo crismatis ad numerum quatuorcentum duorum confirmauit, et postea sermonem ad populum habuit et domum redijt,

{verole ueteris pro ecclesia fabricanda.}^m

Dum prefatus Reuerendissimus dominus episcopus esset ad pallatium reuersus coram eius Reuerendissima dominatione comparuerunt ser Augustinus de calzauachis, magister Nocentus de capitibus magister Hieronymus de firmis, magister Bartholomeus de tirellis omnes consules³⁶ comunis et hominum terre Verole ueteris. magister Antonius de tirellis nec non dominus Franciscus de firmis. Antonius de andrinis, sandrinus de algisijs. Bernardinus carerius. Allexius ferretus. Dominicus de anzonibus sebastianus de anzonibus. Ioannes maria bertolotus Dominicus de capitibus omnes de comuni predictę Terre et eo nomine agentes. et pro<mittentes> in eorum proprijs bonis promiserunt, et ea qua decuit reuerentia et humiliter narrauerunt quod ipsi desiderant seu dictum comune desiderat quod ecclesia parrochialis dictę eorum Terre ad laudem et gloriam omni potentis Dei et sancti Petri ad perfectionem perducat. et licet beneficium dictę ecclesie sit pingue, et ipsi non Teneantur expensas aliquas contribuere Tamen obtulerunt eius Reuerendissime dominationi conferre dimidiam expensarum que fieri contigerit in reducendo dictam fabricam et ecclesiam ad perfectionem et in laudabilem formam, in euentum quod Reuerendus rector eiusdem parrochialis ecclesie aliam dimidiam³⁷ conferrat et dictam ecclesiam perficere faciat, rogantes insuper eandem dominationem suam Reuerendissimam ut ipsum rectorem arctet et coget ad dictam fabricam ecclesie perficiendum et ad cellebrari faciendum unam aliam missam attento maxime quod populus dictę Terre excedit numerum Trium mille personarum Qui Reuerendissimus dominus episcopus existens In pallatio Illustrissimi et Reuerendissimi Cardinalis de gambara promisit facere quod dicta ecclesia reducat ad perfectionem seu finiatur presentibus Magnifico domino Faustino longena et domino Angelo ratto capellano prefati Reuerendissimi domini episcopi Testibus et rogauerunt me Ioannem Franciscum de maynatijs conficere documentum etc ||

[c. 179v] Postquam statim prefatus Reuerendissimus dominus episcopus sermonem habuit cum predictis hominibus et cum prefato Magnifico domino Faustino ac domino presbitero

³¹ Nel margine: «examen.».

³² Forse “Fieschij”.

³³ Nel margine: «examen.».

³⁴ Nel margine: «examen.».

³⁵ Nel margine: «examen.».

³⁶ Segue «terre», cancellato.

³⁷ Segue «confes», cancellato.

Iacobo curato suo <Iuramento> circa ecclesiam campestrē ssanctorum Viti et Modesti campestrē [!] prefati Magnificus dominus Faustinus et presbiter Iacobus ac dicti homines promiserunt cum effectu facere quod dicta ecclesia reducatur In capitellum clausum et lateres defferri facere ad ecclesiam parrochiale et super premissis curam habere,

{Testes comunis}^m

Ser Michael girellus consul terre Verolę algisio Interrogatus de uita et moribus suprascriptorum dominorum presbiterorum Terre Verolę algisio ac de diligentia seu negligentia suo Iuramento dicit³⁸ « io ho tutti li preti de questa terra per homini da bene et che diligentemente faciano il suo officio et che niun piglia mal essemplio d'alcuno de loro, » dicens « questa chiesa e³⁹ molto ben ateso⁴⁰ et gouernata, »

Dominus Iacobus de gattis dictę Terrę Iuramento suo dicit Interrogatus in omnibus ut supra. Dominus Iacobus de sandris eiusdem loci, idem dicit et Iuramento suo affirmavit,

{matrimonium In gradu prohibito}^m

Eodem die Reuerendissimus dominus Episcopus sermonem habuit cum Baptista spalencio dominationi sue Reuerendissime denunciato uti concubinaris et attento quod ipse asseruit ipsam mulierem dispensasse licet esset In gradu prohibito et nullam habere dispensationem, eidem mandauit quod sub pena excommunicationis Infra quindecim dies licentiasset et dimisisset debeat e³ domo sua, et ab ea separatus remanere debeat donec dispensationem obtinuerit qui⁴¹ baptista promisit licentiam || [c. 180r]

Die 25 7bris suprascripti prefatus Reuerendissimus dominus episcopus audita missa et data benedictione populo, comisit Reuerendo domino Hieronimo caballo antescripto ut se Transferat ad uisitandum ecclesiam seu cappellam Bragide suppositam suprascripte ecclesie parrochialis Verolę algisij

{ecclesia Bragide}^m

Eodem die prefatus Reuerendus dominus Hieronimus de caballis uisitauit dictam ecclesiam Bragide sub uocabulo sanctę Annę et nomine eius Reuerendissime dominationis ordinauit ut Infra.

ordinata in ecclesia bragide⁴²

Prouideatur de uno lapide super altare maiori, et fiat incastrum pro lapide sacro ponendo:

Fiat gradus ligneus. aptetur crux.

prouideatur de duobus tobaleis, De uno palio.

fiat pax. Ementur duo candelabra ex auricalco

Inauretur repositorium sacramenti. Firmetur calix et indoretur cum patena

Fian<†> duodecim purificatoria, prouideatur de uno uelo.

Vasculum olei {infirmorum}⁴³ separetur

Fiat una capsula reponendo sacramenta

Ancona ad altare maius repingatur

Fenestre ecclesię aptentur et fiant spere

obturetur fenestra que non penetrat focus altare maius

Fiat unus camisus Vna planeta, Fiat pauimentum ecclesię

Fiat bredella ad altare maius

³⁸ Le virgolette sono redazionali.

³⁹ Scil.: "è".

⁴⁰ Scil.: "attesa".

⁴¹ Segue «promisit etc», cancellato.

⁴² Nel margine «breda.» Più sotto: «ordinata.»

⁴³ Nell'interlinea, a correzione di: «cathecuminorum», cancellato.

*prouideat<ur> de uno alio uasu lapideo pro baptisterio
Ecclesia tota dealbetur et Tectum cooperiatur.*

ad altare scolę

*prouideatur de vno lapide super altari et fiat Incastrum utsupra
Fiat bredella, emantur duo candelabra ex auricalco*

Altare beate marię leuetur et ibi reponatur baptisterium et pingatur

presbiter Ioannes Maria de Theboldis⁴⁴ capellanus in suprascripta ecclesia Interrogatus suo Iuramento dicit quod ecclesia non est consecrata nec altaria, baptizat sed non || [c. 180v] tenetur sacramentum licet in diebus solemnibus comunicat, ecclesia non habet beneficium est sub cura verole algisij et distans per meliari<a> duo,⁴⁵ ipse habet ab hominibus dicte Terre seu contrate libras quatraginta quatuor, uidelicet a singulis eorum portionem per capita, ibidem cellebrat ad libitum dictorum hominum habent animas 450 In totum et comunions 230 uel circa. non habet Inconfessos nec male sentientes de fide nec dogmatibus ecclesie, nec aliquem qui contra decretum concilij contraxerit, non habet librum baptizatorum nec com-patrinorum minus contrahentium matrimonia, dicit habere litteras eius ordinum sed non ostendit, Examinatus⁴⁶ repertus fuit ignarus et Insufficie<n>s. et fuit iniunctum quod emat canisium et redeat melius Instructus etc

Postquam⁴⁷ comparuerunt multi homines de dicto loco et dixerunt multi de dicto loco non comunicati moriuntur propter distantiam a dicta Terra Verole algisi || [c. 181r]

[m2] Inuentarium bonorum mobilium ecclesię parochialis
Virolę algisij.

... ..⁴⁸

⁴⁴ Errore per "Theoldis".

⁴⁵ Forse corretto da «due».

⁴⁶ Nel margine «examen.»

⁴⁷ Nel margine «exequenda».

⁴⁸ A parte il titolo, le cc. 181r-184v del registro sono in bianco.